

Reden aus der Zeit von 62-52 II: Pro Milone (52)/
Späte Reden I: Pro Marcello (46)

I. Der Fall Milo

a) Die neutrale Schilderung der *pugna Bovillana* bei Q. Asconius Pedianus (ca. 10 v. – 76 n. Chr.), Komm. Pro Milone p. 27-28

a. d. xiii Kal. Febr. – Acta etenim magis sequenda et ipsam orationem, quae Actis congruit, puto quam Fenestellam qui a. d. xiiii Kal. Febr. tradit – Milo Lanuvium, ex quo erat municipio et ubi tum dictator, profectus est ad flaminem prodendum postera die. Occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo ultra Bovillas, rediens ab Aricia, prope eum locum in quo Bonae Deae sacellum est; erat autem allocutus decuriones Aricinorum.

Vehebatur Clodius equo; servi xxx fere expediti, ut illo tempore mos erat iter facientibus, gladiis cincti sequebantur. Erant cum Clodio praeterea tres comites eius, ex quibus eques Romanus unus C. Causinius Schola, duo de plebe noti homines P. Pomponius, <C. Clodius>.

Milo raeda vehebatur cum uxore Fausta, filia L. Sullae dictatoris, et M. Fufio familiari suo.

Sequebatur eos magnum servorum agmen, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti Eudamus et Birria. Ii in ultimo agmine tardius euntes cum servis P. Clodii rixam commiserunt. Ad quem tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, umerum eius Birria rumpia traiecit. Inde cum orta esset pugna, plures Miloniani accurrerunt.

Clodius vulneratus in tabernam proximam <in> Bovillano delatus est. Milo ut cognovit vulneratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam vivo eo futurum intellegeret, occiso autem magnum solacium esset habiturus, etiam si subeunda esset poena, exturbari taberna iussit. Fuit antesignanus servorum eius M. Saufeius. Atque ita Clodius latens extractus est multisque vulneribus confectus. Cadaver eius in via relictum, quia servi Clodi aut occisi erant aut graviter saucii latebant, Sex. Teidius senator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, sustulit et lectica sua Romam ferri iussit; ipse rursus eodem unde erat egressus <se> recepit.

b) Ausgangspunkt einer cicerokritischen Tradition ?

Textbeispiel 1: Cassius Dio 46,7,2 (Rede des Fufius Calenus):

ὄστις ὑποτρέμων ἀεὶ πρὸς τὰ δικαστήρια προσέρχῃ καθάπερ ὄπλομαχεῖν μέλλων, καὶ φθεγξάμενος ταπεινὸν τι καὶ τεθνηκὸς ἀπαλλάττῃ, μήθ' ὦν οἴκοθεν ἐσκεμμένος ἤκεις μνημονεύων, μήτε ἐκ τοῦ παραχρῆμά τι εἰπεῖν εὐρίσκων.

ἐς μὲν γὰρ τὸ φῆσαι καὶ ὑποσχέσθαι τι θρασύτητι πάντας ἀνθρώπους ὑπερβάλλεις, ἐν δὲ δὴ τοῖς ἀγῶσιν αὐτοῖς, ἔξω τοῦ λοιδορῆσαι τινα καὶ κακῶς εἰπεῖν, καὶ ἀσθενέστατος καὶ δειλότατος εἶ.

ἢ οἶει τινὰ ἀγνοεῖν ὅτι μηδένα τῶν θαυμαστῶν σου τούτων λόγων οὐς ἐκδέδωκας εἴρηκας, ἀλλὰ πάντας αὐτοὺς μετὰ ταῦτα συγγέγραφας, ὥσπερ οἱ τοὺς τε στρατηγούς καὶ τοὺς ἱπάρχους τοὺς πηλίνους πλάττοντες;

... du, der du stets zitternd vor Gericht auftrittst, als ob du in einen Krieg mit echten Waffen ziehen müsstest, und dich, nachdem du etwas Armseliges und Lendenlahmes von dir gegeben hast, wieder aus dem Staub machst und dich weder an das zuhause Ausgetüftelte bei deinem Auftritt erinnern kannst noch in der Lage bist, dir aus dem Stegreif etwas einfallen zu lassen.

Wenn es nämlich um Zusagen und Versprechungen geht, bist du an Kühnheit allen Menschen überlegen, in den Auseinandersetzungen selber freilich bist du, außer bei Schmähungen und üblen Nachrede, ohne jeden Biss und unendlich feige.

Oder glaubst du etwa, es sei noch irgendjemandem unbekannt, dass du keine einzige dieser „wunderbaren“ Reden von dir, die du veröffentlicht hast, gehalten hast, sondern sie allesamt *post festum* zusammengeschrieben hast, sowie Leute, die sich Spielzeugfeldherren und Kavalleriebefehlshaber aus Ton formen.

Textbeispiel 2: Plutarch, Kikeron 35,5

<p>τότε δ' οὖν ἐπὶ τὴν τοῦ Μίλωνος δίκην ἐκ τοῦ φορείου προελθὼν, καὶ θεασάμενος τὸν Πομπήιον ἄνω καθεζόμενον ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ καὶ κύκλῳ τὰ ὄπλα περιλάμποντα τὴν ἀγοράν, συνεχύθη καὶ μόλις ἐνήρξατο τοῦ λόγου, κραδαινόμενος τὸ σῶμα καὶ τὴν φωνὴν ἐπεχόμενος, αὐτοῦ τοῦ Μίλωνος εὐθαρσῶς καὶ ἀδεῶς παρισταμένου τῷ ἀγῶνι καὶ κόμην θρέψαι καὶ μεταβαλεῖν ἐσθῆτα φαῖάν ἀπαξιώσαντος· ὅπερ οὐχ ἥκιστα δοκεῖ συναίτιον αὐτῷ γενέσθαι τῆς καταδίκης· ἀλλ' ὅ γε Κικέρων διὰ ταῦτα φιλέταιρος μᾶλλον ἢ δειλὸς ἔδοξεν εἶναι.</p>	<p>Als er (Cicero) nun damals zum Prozess gegen Milo aus seiner Sänfte stieg und er zu sehen bekam, wie Pompeius oben thronte wie über einem Kriegsheer und wie ringsum die Waffen strahlten und blitzten auf dem Forum, da rutschte ihm das Herz in die Hose und er fand nur mit Mühe und Not einen Anfang für seine Rede, da er am ganzen Leib zitterte und ihm die Stimme stockte, während Milo selbst wohlgenut und furchtlos der Auseinandersetzung beiwohnte und (auch) das Wachsenlassen der Haare sowie das Anlegen eines schwarzen Gewandes verweigert hatte; genau das scheint nicht zum wenigsten zu seinem Schuldspruch mit beigetragen zu haben. Cicero scheint jedenfalls deswegen eher ein treuer Freund als ein Feigling gewesen zu sein.</p>
---	---

c) Die hypothetische Stilisierung des Angeklagten zum Tyrannenmörder und Freiheitshelden

Cic. Mil. 79-82

Eius igitur mortis sedetis ultores

cuius vitam, si putetis per vos restitui posse, nolitis,

et de eius nece lata quaestio est qui si lege eadem reviviscere

posset, ista lex lata numquam esset.

Huius ergo interfector si esset, in confitendo ab eis poenam timeret quos liberavisset?

Graeci homines deorum honores tribuunt eis viris qui tyrannos necaverunt

– quae ego vidi Athenis, quae in aliis urbibus Graeciae!

quas res divinas talibus institutas viris, quos cantus, quae carmina!

prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur – vos tanti conservatorem

populi, tanti sceleris ultorem non modo honoribus nullis adficietis sed etiam ad supplicium

rapi patiemi?

Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, et magno animo et libenter, se fecisse libertatis omnium causa quod esset non confitendum modo sed etiam vere praedicandum.

Etenim si id non negat ex quo nihil petit nisi ut ignoscatur, dubitaret id fateri ex quo etiam praemia laudis essent petenda?

nisi vero gratius putat esse vobis sui se capitis quam vestri defensorem fuisse;

cum praesertim in tali confessione, si grati esse velletis, honores adsequeretur amplissimos.

Sin factum vobis non probaretur – quamquam qui poterat salus sua cuiquam non probari?

sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate.

Nam quid esset ingratus quam laetari ceteros, lugere eum solum propter quem ceteri laetarentur?

II. Ciceros Rede *Pro Marcello* – Debüt nach langem, bürgerkriegsbedingtem Schweigen

1. Einschätzung der Rede als Dokument einer Zeitenwende

Lit.: Kerkhecker 2002, 100f. als Auftakt seiner These von der „Entpolitisierung“ des Bürgerkrieges als persuasivem Hauptziel der Rede:

Der Aufbau der Rede ist sehr einfach. Ein knappes **Vorwort (1-4)** preist die Wiederherstellung des Senats. Ein erster **Hauptteil (4-20)** preist Caesars Leistungen in der Vergangenheit. Ein zweiter Hauptteil **(21-32)** preist ihn für Aufgaben, die noch bevorstehen. Ein knappes Schlußwort **(33f.)** lenkt zurück zu

Preis und Dank für die Begnadigung des Marcellus. Alles sehr einfach und klar – aber was ist damit gewonnen?

Bei anderen Reden kann man aus der Analyse des Gedankengangs Taktik und Strategie des Redners entwickeln. Der handbuchmäßige Aufbau der Rede 'Pro S. Roscio Ameririo' läßt die klassisch-gleichmäßige Entfaltung der Beweisführung in einem weitausholenden Spannungsbogen Schritt für Schritt auf die Abrechnung mit Sullas Freigelassenem Chrysogonus hinzielen. Die Unterdrückung der *narratio* in der Rede 'Pro M. Caelio' ermöglicht eine verspätete, stark verkürzte und höchst eigenwillig konstruierte *argumentatio*, die wohl weniger wirksam ausgefallen wäre, wenn sie sich mit einem weiteren Spektrum weniger sorgsam ausgewählter 'Fakten' hätte befassen müssen. Die eindrucksvolle Durchsichtigkeit der ausgedehnten Beweisführung in der veröffentlichten Fassung der Rede 'Pro T. Annio Milone' erweckt einen Eindruck von Vollständigkeit und Zwangsläufigkeit, der noch den verlorenen Prozeß (und damit die politische Auseinandersetzung mit Pompeius) nachträglich als gewonnen erscheinen läßt.

Bei der Marcellusrede hingegen fällt es schwer, von Aufbau und Analyse des Gedankengangs zu sprechen – und das ist kein Zufall. Diese Rede hat keine eigentliche Beweisführung, weil hier nichts zu beweisen ist; keinen eigentlichen Gedankengang, weil hier nicht argumentiert wird. Die Entscheidung ist bereits gefallen. Dies ist lediglich eine Danksagung.

Gewiß, könnte man einwenden, so ist das eben im γένος ἐπιδεικτικόν, im *genus laudativum*.

2. Historischer Hintergrund der *causa Marcelli* und der Danksagung Ciceros im September 46 v. Chr.

3. Ciceros Entschluss, sein auf Dauer angelegtes Schweigen in Caesars Senat zu brechen:

a) Die offizielle Version: Cic. Marc. 1-2

Diuturni silenti, patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit, idemque initium quae vellem quaeque sentirem meo pristino more dicendi.

Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac paene divinam tacitus praeterire nullo modo possum.

M. enim Marcello vobis, patres conscripti, reique publicae reddito non illius solum sed etiam meam vocem et auctoritatem vobis et rei publicae conservatam ac restitutam puto.

b) Die ‚private‘ Version: Cic. Fam. 4,4,3 (an Servius Sulpicius Rufus von Mitte Oktober 46 v. Chr.)

Uno te vicimus quod de Marcelli, collegae tui, salute paulo ante quam tu cognovimus, etiam hercule quod quem ad modum ea res ageretur vidimus. nam sic fac existimes, post has miserias, id est postquam armis disceptari coeptum sit de iure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. nam et ipse Caesar, accusata acerbitate Marcelli – sic enim appellabat – laudataque honorificentissime et aequitate tua et prudentia, repente praeter spem dixit se senatui roganti de Marcello ne omnis quidem causa negaturum. fecerat autem hoc senatus, ut, cum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello et C. Marcellus se ad Caesaris pedes abiecisset, cunctus consurgeret et ad Caesarem supplex accederet. noli quaerere: ita mihi pulcher hic dies visus est ut speciem aliquam viderer videre quasi reviviscentis rei publicae. Itaque, cum omnes ante me rogati gratias Caesari egissent praeter Volcacium is enim, si eo loco esset, negavit se facturum fuisse, ego rogatus mutavi meum consilium; nam statueram, non mehercule inertia sed desiderio pristinae dignitatis, in perpetuum tacere. fregit hoc meum consilium et Caesaris magnitudo animi et senatus officium; itaque pluribus verbis egi Caesari gratias, meque metuo ne etiam in ceteris rebus honesto otio privarim, quod erat unum solacium in malis. sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc rem publicam non putare si perpetuo tacerem, modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius voluntati et meis studiis serviam.